



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs  
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Disp. IV. De certitudine prædestinationis,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

## DISPUTATIO QVARTA

54

procedere, & eam pro causa ordinante exposcere; ut autem sit illi propotionatus, satis est quod sit in eodem ordine cum fine prædestinationis, quamvis à providentia supernaturali & generali petat immediatè procedere; ut patet in actibus virtutum moralium supernaturalium, qui proportionati sunt cum fine charitatis, & ramen non elicivit, sed imperativè tantum ab illa procedunt. Sic ivergo, ut in eodem persuasimus exemplo, actus istarum virtutum à charitate imperantur, & etiam actus virtutum acquisitorum; cum hoc tamen discrimine, quod illi ratione sui proportionati sunt cum imperio charitatis, utpote in eodem ordine supernaturali existentes, actus autem naturales sunt improportionati, quia in inferiori ordine constituti, ita in presenti dicimus, dona naturalia & supernaturalia, præter finalem perseverentiam & gloriam, esse effectus prædestinationis imperatos: cum hoc tamen fierent, quod primi sunt improportionati, utpote ordinis inferioris; alij vero proportionati, quia sunt in eodem ordine cum fine prædestinationis.

A dia Deus fecit gratuitè bonitatem ante mundi constitutionem, in adoptionem filiorum Deipradestinatos, & a Deo negare posse aliquem eorum quos Deus prædestinavit ad regnum, neque quemquam eorum quoniam predestinavit ad vitam, nullà ratione posse salvari. Ratio etiam id suadet: ut enim supra ostendimus ex D. Thoma quest. 6. de veritate art. 1. Prædestinationem ad finem respicit, sed prædestinationem respicit etiam extixum vel eventum ordinis: unde licet providentia non consequatur semper & infallibiliter finem rei provisę, bene tamen prædilecta-

Suppono secundò ex eodem Angelico Preceptorib[us] ibidem art. 3. duplēcēt esse certitudinem unam cognitionis, quando licet cognitio non declinat in aliquo ab eo quod in re inventatur, sed hoc modo existimat de re sic ut est: a causalitatis, seu ordinis causa ad effectum, quando videlicet causa infallibiliter effectum producit, & habet nexus cum eo indissolubilem. Quis ivergo, an prædestinatione utique gaudet certitudine, vel tantum sit certa certudine cognitionis, seu præscientie?

Primus modus dicendi est Molina, quicunque tam divinitate prædestinationis certitudinem reducit ad infallibilitatem divinitate præscientie que

ante omne decretum quo tangit & determinat voluntatis nostra indifferentiam, sed ad quid illa, in his vel illis occasionibus & circumstantiis, se determinabit; & haec determinatione facta & præluppofitata, dectero suo subscrībit, & statim hominem ponere in illis occasionibus & circumstantiis in quibus præscivit consenserunt. Indocet prefatus Author variis sua doctrinæ locis, præteritum h[ab]it art. 3. disp. 1. membrum. nos vero, ubi inquit: Collocantes præterea certitudinem totam divina prædestinationem, non in decreto quod Deus ei quem prædestinat providere statuit de media prælibertate sua per venturam in vitam eternam prævidens, neque etiam in ratione ipsa prævidendi, sed in præfatione quā id prævidebat, ratione cuius tale decretū ac prædicta fortia sunt rationes prædestinationis &c. Ecce quomodo redit Molina certitudinem prædestinationis, quā differt prædestinationem à non prædestinatione, & ob quā providentia divinitatem prædestinationis sortitur, nō ad decretum levordinationem divinam, sed ad præscientiam, illa siu consensus voluntatis humanae exploratricem, quam scientiam medium appellat. Unde in eadem quest. art. 6. in parvo communictario illius, affirmat Prædestinationem esse certam, in easam natam esse certitudinem, quam divina præscientia, quia Deus prævidet per media, per qua uniusquisque prædictus est, per venturum eum in vitam eternam.

Secunda sententia huic dicione opposita, cognoscit in prædestinatione, non solum certitudinem cognitionis & præscientie, sed etiam ordinis & causalitatis, fundatam in vi & efficacia inter seca divinorum decretorum & auxiliorum, quibus Deus illas & incolumi arbitrii libertate, hominum voluntates movet & applicat ad voluntum quod ipse vult, ubi, quando, & quomodo ille vult, ut Augustinus docet in Enchir. cap. 9. & caufat voluntatis nostræ consensum & determinacionem. Hanc viam sequuntur Thomistæ, aliquæ scientiam mediae impugnatores.

## DISPUTATIO IV.

*De certitudine prædestinationis.*

**C**irca certitudinem prædestinationis quatuor hic occurruunt discutienda, Primum, an prædestinatione sit certa non solum certitudine præscientie, sed etiam certitudine causalitatis mediorum? Secundum, an illa possit esse omnimodè certa quoad nos? Id est, an possimus in hac vita, seclusi speciali Dei revelatione, habere certitudinem infallibilem nostræ prædestinationis & salutis? Tertium, an sicutem dentur aliqua signa illius? Quartum, an numerus electorum excedat numerum reproborum?

### ARTICULUS PRIMUS.

*An prædestinatione sit certa, non solum certitudine præscientie, sed etiam certitudine causalitatis mediorum?*

§. I.

Quibusdam præmissis referuntur sententiae.

1. **S**uppono primò: Prædestinationem esse ita certam & infallibilem respectu consecutio-  
nis finis, ut nullus sit eleitus qui pereat, vel periret, aut etiam qui perire posset, saltem potentiā consequenti, & in sensu composito.

Probatur hæc suppositione ex Scriptura, & SS. Patribus. Dicitur enim Joann. 6. Omne quod dat mihi Pater, non perdam ex eo. Et cap. 10. Nemo rapiet oves meas (id est prædestinatos) de manu mea. Unde Augustinus de corrept. & gratia cap. 7. loquens de eleitis, ait. Horum si quisquam perit, scilicet Deus, sed nemo eorum perit, quia non scilicet Deus. Horum si quisque perit, viuio humano vincitur Deus sed nemo eorum perit, quia nullus re vincitur Deus. Et Fulgentius de fide ad Petrum cap. 35. Firmiter credo, & nullatenus dubites, omnes quos papa misericor-

## §. II.

*Conclusio affirmativa statutur, & autoritate  
D. Thoma firmatur.*

Dico quod prædestinationem non solum  
gaudere certitudine cognitionis & præci-  
tare, sed etiam ordinis & causalitatis medio-  
rum.

¶ Probatur primo ex D. Thoma, qui variis in  
locis expressissime docet hanc sententiam. Nam  
ibidem art. 7. inquit: *Numerus Electorum est Deo certus,*  
*non solum ratione cognitionis, sed etiam ratione electionis & definitionis.*

¶ Et quod lib. 12. art. 3. queritur, quod prædestinatio sit certa?

¶ Et respondet: Quod prædestinatio habet certitudinem ex parte scientie Dei, quia non possit falli; & ex parte voluntatis divinae, cui non possunt aliud resistere; & ex parte providentiae, quae unius modo ducit ad finem: Ergo S. Doctor non solum certitudinem cognitionis & scientiae, sed etiam causalitatis & providentiae, seu ordinationis medicorum, in prædestinatione agnoscit. Unde in tractatibus de Annibaldo, dist. 48. qu. 1. art. 3. ad 2. *Sicut prædestinatio respectu gloriae habet certitudinem praescientie & cause,* ut probator respectu quoquid est ad finem. Nam præ-  
fatur: *Prædestinationis habet certitudinem praescientia & causa, probatio respectu certitudinis praescientie* (ad finem) idem S. Doctor quæst. 6. de veritate, atque explesse resicit sententiam illam Molinæ, unquam repugnantem Scriptura & dictis Sanctorum, & indicat triplex inconveniens & absurdum quod ex illa sequitur: ait enim: *Non potest quod prædestinationis supra certitudinem providentiae aliquid addat, nisi certitudinem praescientiae: ut si datus quod Deus ordinat prædestinationis ad salutem, sicut & quilibet alium, sed eam hoc de prædestinatione scire quod non deficit a salutate;* si enim dicendo, nam dicetur prædestinationis differre a non prædestinato ex parte ordinis (causa scilicet ad effectum) sed tantum ex parte praescientie eventus; & sic praescientia esset causa prædestinationis, nec prædestinationis esset per electionem prædestinationis, quod est contra authoritatem Scriptura & dictis Sanctorum. Vnde præter certitudinem praescientiae, prædestinationis habet ineffabilem certitudinem.

¶ Non ignoravit Molina hunc locum D. Thomas, eumque videlicubi valde esse contrarium, unde ab illo tribus modis tentavit le expedire loco supra citato §. *Vt ad id.* In primis dicit quod D. Thomas solum constituit differentiam inter providentiam communem, & prædestinationem, eo quod providentia sit indifferens ut finis sequatur auctum: de ratione autem prædestinationis sit, ut ad beatitudinem prædestinatus perveniat; hanc tamen certitudinem solum esse ex praescientia, quia Deus prævidet arbitrium, cum posset deficere, non delectetur.

Secundo dicit quod D. Thomas non constituit certitudinem in singulis effectibus prædestinationis, per computationem ad voluntatem Dei absolutam, sed in toto effectu prædestinationis in ordine ad consecutionem finis. Tertio addit, quod si D. Thomas, ut ejus verba redolere videntur, intendat docere quod prædestinationis habet certitudinem ex absoluta electione Dei, & divina voluntatis efficacia, & non ex praescientia sola illius sententia quod hoc non adharet.

¶ Verum prima solutio textui manifeste adversatur: nam solum ponit infallibilitatem prædestinationis ex praescientia eventus, & prævisio-

A ne boni usus liberi arbitrij, cum tamen ibidem D. Thomas explicitè afferat, quod præter certitudinem præscientie eventus, ipse ordo prædestinationis habet infallibilem certitudinem. Et cum loco relato ad Annibaldum dicatum terminus, quod prædestinationis respectu gloriae (& consequenter respectu mediorum quæ ad illam conducunt) habet certitudinem praescientie. ET CAUSÆ: Ergo falsum est quod docet Molina, nempe quod hec de ratione prædestinationis sit ut ad beatitudinem prædestinatus perveniat, haec tamen certitudo est solum ex præscientia, quia Deus prævidet arbitrium, cum posset deficere, non delectetur.

B Secunda etiam solutio non facilius facit, nec qua 8.  
dramenti & doctrina D. Thoma. Nam inconveniens quod infert, nempe quod non est prædestinationis per electionem prædestinantis, eodem modo currit respectu cujuscumque effectus prædestinationis, ac respectu collectionis omnium effectuum. Est enim magnus inconveniens, quod qualibet effectus prædestinationis non sit ex speciali intentione Dei, & à prædestinatione, prout est specialis providentia, si non electivæ, sicut imperativæ. Quod si quilibet à prædestinatione procedit, vel ab illa impetratur, quilibet pater certitudinem præscientie, debet habere certitudinem ordinis & causalitatis, in ordine ad effectum quem Deus intendit.

¶ Addo quod, gratia est unus ex effectibus principis prædestinationis, & tamen D. Thomas loco citato ad Annibaldum dicit quod prædestinationis respectu gratiae, habet certitudinem praescientie, ET CAUSÆ: Ergo constituit certitudinem causalitatis in prædestinatione, non solum per ordinem ad totam collectionem effectuum, sed etiam in ordine ad singulos in particulari. Quare solum tertia responsio quadrat Molinæ, nempe se recessere à D. Thoma, si doceat, ut ejus verba sonant, quod prædestinationis habet certitudinem ex absoluta electione Dei, & non ex præscientia sola. Quam tamen sententiam adeo certam existimat S. Doctor, ut aliam, quæ solum certitudinem præscientie in prædestinatione agnoscit, dicat esse contra authoritatem Scriptura & dictis Sanctorum.

## §. III.

*Concilii & SS. Patrum.*

P Otest etiam probari conclusio ex Conciliis & SS. Patribus, qui prædestinationis & gratiae infallibilitatem, non ex aliquo à Deo præsupposito & præviso, sed ex ipsa ordinatione, operatione, ac efficacia divina voluntatis & omnipotentie desumunt; & consequenter non solum certitudinem præscientie, sed etiam causalitys in prædestinatione agnoscunt. Consequens patet: Antecedens probatur primo ex Tridentino fest. 6. cap. 13. ubi loquens de magno perseverantia dono, quod est unus ex principiis prædestinationis effectibus, illius certitudinem & infallibilitatem reducit non in divinam præscientiam explorantem futurum humanæ voluntatis consensum, & occasionses ac circumstantias temporis & loci expectantem, sed in vicirem & efficaciam infinitam divinæ omnipotentie: ait enim: *Munus perseverantiae, de quo scriptum est, qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit, aliunde habet non potest, nisi ab eo qui POTENS EST, eum qui stat flatuere ut perseveranter flet, & eum qui cadit restituere.*

DISPUTATIO QUARTA

66

10. Secundò probatur idem Antecedens ex Au-  
gustino suprà relato de corrept. & gratis cap. 7.  
ubi loquens de electis air: Horum si quisquam pe-  
nit, victio humano vincitur Deus, sed nemo eorum perit,  
quia nullare vincitur Deus. Et cap. 14. Deo volenti  
salvum facere, nullum homini resiliat arbitrium: sic  
enim velle & nolle in volentis aut nolentis est potestate, ut  
divinam voluntatem non impedit, nec superet potesta-  
tem. Et cap. 8. ejusdem libri differens de fide D.  
Petri, ejus firmitatem & indestructibilitatem, ad  
ipam præparationem & operationem Dei re-  
ducit, non vero ad præsumendum voluntatis  
Petri. Quis [inquit] ignoras tunc fuisse perim-  
ram fidem Petri, si ea qua fidelis erat, voluntas ipsa defi-  
ceret; & permanissem, si ea voluntas maneret? Sed  
qua preparatur voluntas a Domino, ideo pro illo non pos-  
set esse manus oratio. Eigo infallibilis illa oratio-  
nis Christi, & insufficientia fidei Petri, exp: præpa-  
ratione ipsa Dei sumitur, non ex consentia præ-  
vio & præsupposito ex parte voluntatis nostræ.  
Unde subdit Augustinus: Voluntas quippe huma-  
na non libertate conquiritur gratiam, sed gratia potius  
liberatorem, & ut perseveret delectabili perpetua-  
tem, & insuperabilem fortitudinem. Et cap. 12. ejus-  
dem libri, loquens de promissione facta Abra-  
ham, quâ Deus illi promisit, quod eum constitue-  
ret patrem multorum, per fidem scilicet & con-  
versionem Gentium, illius firmitatem & infalli-  
bilitatem docet non esse delumen, sed ex divi-  
na præscientia, humana voluntatis explorante  
consensum, sed ex ipsa prædestinatione quâ  
Deus facit id quod promittit. Nam ibi versans  
illud Apostoli de Abraham: Plenissime sciens,   
quia que promisit Deus, potens est & facere, subdit:  
Non aut que præsirit potens est promittere, aut que præ-  
dictis potens est ostendere, aut que promisit potens est præ-  
scire, sed quae promisit potens est & facere. Ipsi ergo eos  
facit perseverare in bono, qui faciunt bonos. Quod etiam  
clarissime expressit in libro de prædest. Sanct.  
cap. 10. his verbis: Quando promisit Deus Abraham  
in semine eius fidem Gentium, dicens: Patrem multarum  
Gentium posuit, non de nostra voluntatis potestate,  
sed de sua prædestinatione promisit. Promisit enim  
quid ipse facturus fuerat, non quod homines; quia etsi  
faciunt huiusmodi bona que pertinent ad calendum Deum,  
ipse faciunt illi faciunt que præcepit, non illi faciunt, ut  
ipse faciat quod promisit: alioquin ut Dei promissa com-  
pletantur, non in Dei, sed in hominum est potestate.

11. Ex quibus locis hoc potest deduci argumen-  
tum: Secundum Augustini doctrinam, Deus  
solum promittit id quod facit, non id quod præ-  
scit, aut supponit: Ergo divina promissio, non  
de præscientia eorum quæ Deus supponit, sed  
de ordinatione & prædestinatione eorum quæ  
facit, infallibilitatem trahit: At Deus promis-  
tit etiam consensem & cooperationem liberam  
nostræ voluntatis, ut cum promisit Abraham  
obedientiam & fidem Gentium: Ergo talem  
consensem & cooperationem facit in nobis per  
suum gratiam, & non solum præscit illam, ut ex  
potestate & nostræ voluntatis determinatione  
descendenter; ac proinde respectu illius ha-  
bet non solum certitudinem cognitionis & præ-  
scientia, sed etiam ordinis & causalitatis. Unde  
dicit idem Augustinus de bono persev. cap. 18.  
in fine: Prædestinatione est hoc præsse quod fuerat ipse  
facturus. Et de prædest. Sanct. cap. 10. Prædesti-  
natione quippe Deus ea prescrivit quæ fuerat ipse facturus.  
Quibus etiam locis aperte declarat prædesti-  
nationem respicere solum id quod Deus facit, ac

proinde gaudere non solum certitudine præci-  
entia, sed etiam causalitatis. Quod etiam patet  
ex eo quod ibidem hoc statutus dilucidum inter-  
præscientia & prædestinationem, quod præ-  
destinatione est solum eorum quæ sunt à Deo,  
scilicet bonorum, præscientia vero se extendit  
etiam ad facta aliena, videlicet ad mala, quæ  
Deus non facit: Præscire autem (iniquitatem)  
potest etiam quæ ipse non facit sicut quæcumque pa-  
ca.

S. IV.

Eadem veritas ratione suadetur.

B P Otest etiam suaderi conclusio, & Molina leg.  
sentia confutari ex tribus principiis supradictis.  
In primis enim prædestinatione (ut supradictum ostendimus) claudit vel presupponit electio-  
ne efficacem salvandorum ad gloriam: &  
voluntas efficax Dei suum obiectum inferit, &  
infallibilitatem cauлат: Ergo & prædestinatione:  
Ego illa est certa, non solum certitudine præ-  
scientia, sed etiam ordinis & causalitatis.

Secundò, Prædestinatione consistit in imperio  
practico divini intellectus, ut in prima dispu-  
tatione monstravimus: At imperium practicum  
Dei est causa infallibilis suorum effectuum:  
Ergo prædestinatione est causa infallibilis medi-  
orum efficacium ad gloriam infallibiliter condu-  
centium.

C Tertiò, Bonus usus liberi arbitrii, seu deter-  
minatio nostræ voluntatis ad bonum, cau-  
latur a gratia, & consequenter est prædestinationis fe-  
ctus, ut constat ex supradictis: Ergo præ-  
destinatione respectu illius gaudet non solum  
certitudine præscientia, sed etiam causalitatis. Con-  
sequencia patet: ut enim doceat D. Thomas  
quæst. 6. de verit. art. 3. certitudine causalitatis  
illa quæ sumitur ex ordine causa ad effectum,  
quando scilicet causa infallibiliter effectum  
producit: Ergo si prædestinatione comparatur ad  
contentum & determinationem liberi arbitrii,  
sicut causa ad effectum quem infallibiliter pro-  
ducit: Manifestum est, illam gaudere non lo-  
rum certitudine præscientia, sed etiam ordinis &  
causalitatis.

S. V.

Absurdus & inconvenientib[us] sententia Molina  
expluditur.

D Thomas loco citato de veritate infra-  
ab iuranda & inconvenientia, quæ sequuntur  
ex Molina sententia, air enim: Non potest di-  
quid prædestinatione supra certitudinem providentie nisi  
aliud addit, nisi certitudinem præscientia... Sic cum  
dicendo, non diceretur prædestinatione differe a non præ-  
destinatione ex parte ordinis, sed tantum ex parte præscientiae, ut  
eventus, & sic præscientia esset causa prædestinationis, ut  
prædestinatione esset per electionem prædestinationis,

E Primum ergo inconveniens est, si prædesti-  
natione certitudinem & efficaciam habet lo-  
rum ex præscientia eventus, & futuri contentus  
voluntatis creatæ, & non ex vi intrinsecæ, &  
causalitate mediorum quæ Deus præparat etc.  
Etis, sequeretur prædestinatione non differe in  
non prædestinato, nisi ex parte præscientiae  
eventus, & boni usus liberi arbitrii, & conse-  
quenter non magis Deo debet prædestinationem,  
quam

quādum reprobūm: Sed hoc est errare in fide, secundūm quā tenemur fatēti prædestinatio- nem esse specialissimum Dei beneficium; imo & omnium maximum, ac veluti originem et fon- tem omnium gratiarum et beneficiorum Dei: Ergo & Sequela Majoris probat ex ipso Mo- lina, quā locis supra relatis exp̄lē docet, quod prædestinationis solūm differt à providentia gene- ralidinis supernaturalis, quæ est communis prædestinationis et reprobis, ratione præscientiæ, supponens et non causans contentum nosti & voluntatis: Ergo etiam prædestinatus non dif- ferit non p. destinato, nisi ratione præscientiæ genitus, erboni usus liberis arbitrii. Con- sequenter par, quia p. testinatus et p. destina- tu correlative habent, tanquam actus et ob- jectum: Ergo si p. destinationis differt à pro- videntia communis, solūm ratione præscientiæ, id dicendum est de p. destinato, et conse- quenter non magis Deo debetis p. destinationis, quam reprobis. Nam quod Deus habet in p. præscientiæ eventus, et futuri contentus nostræ voluntatis, non auget neque mutat ordinem gratiae & auxiliorum quæ conferuntur p. desti- nationis, sed cum eadem gratia ex parte Dei, imo mino, poterit contingere, & de facto se- p̄eventur sententia Molinae, quod aliquis quia bene vivit illa, cognoscatur esse salvandus, & si p. destinatus; alius vero cum majori vel æ- quali non salveretur, quia soluit bene operari, & utrāq. grata.

Neque valet si dicas, majorem gratiam facta esse p. destinato, quia illi collata est pro tempore & loco quo Deus per scientiam medianam p. leverat esse consenserunt & bene operatur: alteri vero nolunt p. bēre talem gratiam in ea occasione in qua erat consolatus; & sic licet sit eadem gratia intrinseca, & idem donum Dei in utroque, in p. destinatione tamen est major gratia extrinseca, & in illa grata, seu beneficio, quam in reprobis.

Non valent inquit hæc responsio: Primo quia illa reducit efficaciam p. destinationis & gratiæ, ac specialem Dei dilectionem erga electos, in aliquid purè naturale, scilicet in circumstantias temporis & loci, quæ utique ordiūs naturalis sunt.

Secundo, quia Apostolus ad Roman. 11. ait: *Ridique tuncum electi nem gratia salve facta sunt:* Ergo dissertatione p. destinationi à reprobo reduci debet ad ipsam electionem gratia, non verò ad electionem occasionum & circumstantiarum temporis & loci.

Tertio, Etiam si Deus eligat occasionses & circumstantias temporis & loci, eff. eius tamen indefectus, scilicet contentus, seu mutatio liberi arbitrii, adhuc ex vitalis electionis non sequitur: quia talis electio, iuxta Molinam, non est ex via intrinseca potens illum eff. etum ponere, sed si ponitur, ex eo est, quia voluntas voluit se in ea occasione determinare, & Deus id prævi- dit ante decretum, & consequenter ante electionem suam: Ergo talis effectus non est ex speciali electione ipsius Dei p. destinationis, & con- sequenter ratione illius, Deo nihil magis debebit p. destinationis, quam reprobis.

Confirmatur & magis urgetur hæc ratio. Quando Deus prævidit per scientiam medianam, quod Paulus v. g. in tali occasione, p. preventus tali- git à moraliter excitante, cōsentiet, perseve- rat, & salvabitur: Petrus autem in eadem oc-

casione, eadem gratia p. ventus, non consenti- et, nec salvabitur, etiam videt quod sine nova gratia ex parte Dei, si voluisse Petrus consenti- ret, & salvaretur, & quod erat possibilis illi muta- tio voluntatis in Petro, sine nova gratia: Ergo vi- dit intra statum illum conditionatum esse pol- sibilem salvationem Petri, ejusque distinctionem à reprobis, per solam distinctionem voluntatis e- jus: Ergo intra illum statum vidit Deus multorum salutem, non ex speciali sua gratia nasci, sed ex aliquo merito naturali, ex parte arbitrii nostri se- tente, nempe ex ejus determinatione & con- tentu, vel ex aliqua occasione extrinseca, & ali- qua circumstantia temporis vel loci. Unde cùm decretum conditionatum, ut transeat in abolu- tum, solus conditionis purificatione indiget, p. destinationis ad statum absolutum deducta, non indigebit novâ aliquâ & speciali gratia su- pernaturali, sed sola purificatione illius conditio- nis, quæ merito naturalis est, utpote à causis natu- ralis ordinis dependens, & sic p. destinatus non differet à reprobo, nisi ratione præscientiæ alicuius rei naturalis.

Denique hæc responsio & doctrina Molinae<sup>17</sup> non evitat difficultates quas evitare intendit, sed incidit in eadem inconvenientia quæ nobis ob- jicit. Nam si ex una parte voluit Deus omnes homines salvos facere, & ex alia videt per scientiam medium infinitos rerum ordines & modos qui- bus posset omnes illos homines de facto salva- re, & potuit tali tempore aut occasione, aut tali auxilio congruo vocare, quo consentirent de fa- cto: quomodo decuit tantam bonitatem, & sincerum illum aff. & cum quem Deus haberet sal- vandi omnes homines, ex omnibus illis modis & mediis eligere illud quod non est habiturum ef- fectum, reliquo eo quod esse cū sortiretur, cū in manu ejus esset eligere quod yellet? & quo- modo facta illa electione, non inducimur in de- sperationem, cū non sit possibile (potentia lat- tè consequenti, & in sensu composito) illos quos Deus posuit in illis occasionibus & circum- stantia in quibus p. levit perituros, salvari; a- lioquin scientia Dei falleretur. Quomodo etiam Deus non dicetur insidiari saluti hominum, dum in hoc totam electionem & industriam suam po- nit, ut uni det gratiam in occasionibus, in quibus p. prævider non frustrandam; alteri vero solū in occasionibus, in quibus illam frustrandam videt: Ex hac ergo doctrina & response Adversario- rum, non cessant illa querela quæ inducuntur contra ponentes absolute decreta, futurae nostræ voluntatis consensum p. venientia, & p. desti- nationem purè gratuitam, ac præscientiæ meri- torum antecedentem. Unde Lessius, Martino- nus, aliqui Theologi ejusdem Societatis, asse- runt quid nec etiam Deus ex p. supposita sci- entia media p. preparat specialia beneficia pro- electis, & docent quid tota gratia p. destinationis differt à gratia reprobi ex eventu & cooperatio- ne nostra; quod est penitus evanescere elec- tionem secundum gratiam, totumque p. destinationis mysterium funditus eviceret.

Secundum inconveniens quod sequitur ex<sup>18</sup> Molina sententia, petitur ex eo quod si p. destinationis sit solū certa certitudine præscientiæ, & si bonus usus liberi arbitrii p. opponatur ut à Deo p. scimus ante p. destinationis decreta, nec ex ejus efficacia & causalitate descendat, se- quitur ex parte nostra dari causam & motivum sufficiens p. destinationis, non solū ad glo- riā

riam, sed etiam ad gratiam: quod est incidere in errorem Pelagianorum & Massiliensium, disputatione secundâ impugnatum. Sequela probatur: Ille bonus usus sic prævisus, prout descendit à me, & exit à meo libero arbitrio, est a liquid bonum & placens Deo, cùm per illum voluntas subjiciatur gratia, & generalis Dei providentia per illum reddatur efficax, & prædestinationis, ut docet Molina suprà relatus; atque adeo Deus speciali amore diligit illum hominem sic bene cooperantem & strenue agentem cum gratia, quo non diligit alterum signum & torpem, licet eandem gratiam recipiat. Sed illud quod ex parte hominis est ita placens Deo, & dignum speciali amore, etiam est dignum aliquā recompensatione & retributione Dei: Ergo ex parte nostra datur causa & motivum sufficiens prædestinationis ad gratiam, bonus scilicet illius natus à Deo prævisus. Quod si Deus noluerit propter illud motivum dare gratiam, sed liberaliter, non erit ex defectu motivi ex parte hominis, sed quia ipse Deus non vult illo ut nobis autem sufficit, pro inconvenienti inferre quod ex parte nostra detur id quod sufficit ut Deus inveniat motivum dandi nobis primam gratiam, & prædestinandi nos ad illam, & quod non utitur isto motivo, non est quia non detur ex parte nostra, sed quia non vult uti.

19. Confirmatur & magis illustratur hæc ratio. Petatio & desiderium bonorum operum, & fidei ac bona voluntatis initia, quæ ponebant Semipelagiari dari in nobis ante gratiam, & non esse effectus illius, nec dona Dei: secundum doctrinam SS. Patrum erant sufficiens motivum ut Deus daret gratiam, & prædestinaret homines ad illam. *Quis enim* (inquit Augustinus de prædest. Sanct. cap. 2.) *dicat eum qui jam cœpit credere, ab illo in quem credit, nihil mereri.* Et S. Prosper libro contra Collatorem cap. 3. *Nec enim nullus meriti haberi potest petens fides, querens pietas, pulsans instantia.* Ergo cùm bonus usus liber arbitrij in se non sit minoris bonitatis & excellētiae, quam illa prima initia quæ ponebant Semipelagiari ante gratiam, ille non minus erit meritum vel motivum ad prædestinandum homines ad gratiam, si non sit effectus & donum ipsius prædestinationis & gratia. Frustra ergo Molina ponit bonum illum usum, seu cooperationem liberi arbitrij, esse solum conditionem ut gratia & prædestination sit efficax, non autem motivum cuius intuitu gratia detur: si quidem cooperatio illa, seu determinatio voluntatis, est de se bona & placens Deo, non minus quam desiderium petentis, & fides pulsantis; & aliunde non est effectus causatus a gratia & prædestinatione, ut docet Molina: habet ergo quidquid requiritur, ut sit motivum dandi gratiam, & prædestinandi nos ad illam.

20. Tertium inconveniens quod infert D. Thomas ex sententia quæ docet quod prædestination supra certitudinem providentia nihil aliud addicnisi certitudinem præscientia, est quia Prædestination non esset per electionem prædestinantis: *Quod* (inquit) *est contra autoritatem Scripturae, & dicta Sanctorum.* Dicitur enim ad Roman. 11. *Reliqua secundum electionem gratie salve facte sunt.* Ad Ephes. 1. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus, &c.* Et infra: *In quo etiam & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum ejus qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue.* Joann. 15. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Idem constat

A ext testimonis Augustini disp. 2. art. 1. relatis, Quod autem hoc inconveniens ex Molina sententia sequatur, breviter ostendo. Illud solum est per electionem prædestinantis, quod à Deo causatur, & quod est effectus ipsius gratiae & prædestinationis; cùm enim electio divina sit efficax non supponit, sed ponit & caufat suum objectum: Ergo cùm in sententia Molina, consensus & bonus usus liberi arbitrii, prout ab illo exit, non caufetur à gratia, nec sit prædestinationis effectus, ut constat ex dictis disp. precedentiis, talis consensus non est ab electione ipsius Dei prædestinantis; sed solum ab electione ipsius humanæ voluntatis, ex innata libertate sedeterminantis ad illum.

B Confirmatur ex Augustino de prædest. Sanct. 2. cap. 19. ubi ex illis verbis Joann. 15. Non veni elegisti, sed ego elegi vos, probat contra Semipelagiarios, fidem non præscripsi ante decretem & prædestinationem Dei: Non enim (inquit) quis credimus, sed ut credamus, elegit nos Deus, ne primum elegisse dicamus, falsumque sit (quod alii) vos me elegistis, sed ego elegi vos. Ex quibus verbis hoc potest argumentum desumti. Se cunctum hanc consequentia est bona: Deus præscit ante decretum fidem credentium: Ergo non elegit ut credant, sed ipsi credendo eliguntur. Ergo similiter hæc consequentia erit legesma: Deus præscit ante decretum consentium liberum quem ego datus sum vocatum ad credendum, si vocat in his occasionibus & circumstantiis: Ergo Deus non elegit contentum meum liberum, nec elegit me ut consentiam fidei, sed ego prior eligo eum consentiendo.

Omittimus referre & solvere argumentum contrarium, quia solum sunt illa que vel altius conantur scientiam medianam, vel desirant efficacia intrinsecam divinorum decretorum, aut prædefinitionum, antecedenter ad præfationem nostrum consensum. Unde vel soluta sunt, vel solventur infra, quando agemus de concordia libertatis cum divina providentia & prædestinatione.

## ARTICULUS II.

*An seclusus Dei revelatione possit aliquis in hac vita habere certitudinem infallibilis de sua prædestinatione & salute?*

Dico primò: neminem in hac vita, seclusus Dei revelatione, posse certò scire, an fit de numero prædestinatarum. Conclusio est certa de fide, contra Calvinum, aliosque hujus temporis Hæreticos, afferentes omnes fideles teneat hanc divinam credere se esse prædestinatos, & conquirererent omnes habere certitudinem infallibilem de sua prædestinatione & salute. Qui vero Tridentino proscribitur sessione 6. cap. 12. illi verbis: *Nemo guamdiu in hac mortalitate vivitur de arcano divinae prædestinationis mysterio usq[ue] ad presumere debet, ut certo statuat se omnino esse in numero prædestinatarum.*

Eadem veritas ex Scriptura & SS. Patribus colligitur. Dicitur enim Ecclesiastes 9. *Sicut sapientes, & opera eorum in manu Dei, & non nescit homo, utrum amore vel odio dignus sit, & omnia in futurum servantes incerta.* Quis ergo (inquit Bernardus) potest dicere ego sum de electis, quod sum de numero filiorum; reclamante scripturam, manifesto homo a odio vel amore dignus sit? *Qui* (addicit Augustinus) *ex multitudo fidelium, quando in hac mortalitate vivitur, in numero prædestinatarum* Ratio se esse præsumat.

Ratio etiā id suadet: Nemo enim potest certoscire ea quae pendent ex sola voluntate Dei, nūlū Deus ex revelatione ut ait Apost. 2. ad Corinth. Nemo nōrīt qua sum Dei, nisi sp̄iritus Dei: Sed nostra prædestination pendet ex sola & gratuita voluntate Dei, ut patet ex dictis disp. 2. Ergo seclusa Dei revelatione, nemo scire potest, an numero prædestinatōrum adscriptus sit.

Confiratur: Nemo potest habere certitudinem infallibilem de sua prædestinatione & salutem, nisi etiam habeat infallibilem certitudinem de sua perseverantia, quæ est certissimum salutis signum, arrha cœlestis glorie, &c. ut ita dicam, prædestinationis cum glorificatione fibula, quā utraque indissolubili nexu connectitur, iuxta illud Christi Match. 10. Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit, unde lepide Blefensis: Cū virtutes omnes currant ad bravium, sola perseverantia unatur, & gloria filie Regis est in simbris aureis; quia nihil prædest gloria bone conversationis in principiis si gloriōsus & sūnū. Quia de causa in fibula vestimenta Summi Sacerdotis, Deus jussit apponere malgranata, quibus coronam natura indicat, significaretur, coronam dari soli perseverantia. Cum ergo nemo, seclusa speciali Dei revelatione, possit habere infallibilem de sua perseverantia certitudinem, ut docet Augustinus de dono persev. cap. 13, & definit Tridentinum sententiam 6. can. 16. manifestum est, neminem in hac vita posse esse de sua prædestinatione & salute secūrum. Unde Hieronymus Epist. ad Iovinianum: Ne laudemus hominem in vita sua, immē in certamine sumus, sed quis accipiet bravium, sūmū mors manefabit.

Confiratur amplius: Seclusa fide & revelatione divina, non potest aliquid certò cognosci, nisi per causam, vel per effectum: Sed neutro modo potest cognoscī prædestinatione: illa enim, ut diximus, non habet aliam causam, quam gravitatum divina voluntatis decreta, quod nobis occultum est, & nullus datur effectus cum quo habeat indissolubilem nexus, nisi sola finalis perseverantia, de qua etiam, ut ostendimus, nemo potest habere infallibilem certitudinem: Ergo seclusa Dei revelatione, nemo potest esse certus de sua prædestinatione & salute; quādū est in hoc mundo, ubi ut quidam ait: Est via in libria, vita in periculo, salus in dubio.

Sicutem queras, cur hoc secretum voluerit Deus suis amicis & electis occultare? Respondeo idcirco Deum nobis illud voluisse celare, ut magis simus de salute nostra timidi & solliciti, & ut hoc salutari timore, dona gratiae sua in nobis custodiamus. Nam ut bellè Petrus Celsus: Quasi quidam custos super innumerabiles gaudijs, sic rumor in ultimo carissinatum ponitur, ad confundandas incognitabiles gratias. Gemina pretiosissima piers, sed facile ab impietate subripitur, nisi timore custodatur... Habeamus bonas & pulchras gravitatum pueras, sed sub custodia diligentissimi pedagogi, solliciti timoris, qui, ut ait Tertullianus, Fundatorem salutis est: presumptio impedimentum timoris. Ut ille ergo si speremus non posse delinquerre: spērendo enim timemus, timendo cavebimus, cavendo faciemus: contra si presumamus neque timendo, neque cavendo, difficile salvi erimus.

Dici etiā potest cum Basilio Seletico, aliisque SS. Patribus, ideo nobis occultari prædestinationis secretum, ut quod magis celatur meta, ad Deum diligenter contendamus cursum, & semifinemus ingredi in illam requiem, ut ait Apo-

Tomus II.

A stolis. Unde apud Isaiam cap. 6. volabant Seraphici Spiritus, amoris & contemplationis penitus, quia celabatur illis cursus meta, nec sciebat quod pergerent: velabant enim alii suis Dei pedes & caput: Eò quod, ut declarat Bernardus, ipsos etiam latet quod ante mundum fuit, quodve futurum est post consummationem.

Serm. 4.  
de verbis  
Isiae.

## DGRESSIO PRIMA.

Designis prædestinationis.

Quamvis Deus decreverit occultum prædestinationis mysterium, non præterit tam in electos suos, sed eos quibusdam signis notavit: inquit Bernardus serm. 2. in octava Pascha. Quenam autem sint illa signa, quibus electi a reprobis discerni possunt, placet breviter hic expōnere, & ex Scriptura & SS. Patribus referre.

Primum ergo prædestinationis signum est se-  
cundum fortunam adveritas, & affectio pro Chri-  
stino nomine aequo animo tolerata. Prædestinatio  
enim nostra fuit facta ad typum & normam præ-  
destinationis Christi, quem Augustinus appelle-  
rat *Præclarissimum lumen prædestinationis & gratie:*

Unde Apostolus ad Rom. 8. Quos preservit, &

*De præ-  
dest. San-  
ctorum*

C prædestinavit conformes fisci imaginis filij sui. Præde-  
stinatio autem Christi, quantum ad gloriam

*cap. 15.*

corporis, & sūi nominis exaltationem, fundatur  
in passionibus & ignominia crucis: iuxta illud

*Lib. 26.*

Lucas 24. Nonne hec oportuit pati Christum, & ita

*cap. 17.*

intrare in gloriam suam? Unde egregie Tertul-  
lian: Christus flos post fela gustavisti, nec ante Rex

*Lib. de  
c. rom.*

gloria in cœlestibus salutatus, quam Rex Iudeorum

*modus.*

proscriptus in cruce. Ergo similiter (inquit Gre-  
gorius) Electorum est hic conteri, ut ad præmia debe-

*cap. 14.*

ant eterna hereditatis eradi: nostrum est hic flagella

*moral.*

percipere; quibus servatur de eternitate gaudente,

*cap. 17.*

hinc enim flagellat omnem fidem quem recipit....

Eant ergo nunc reprobū, & voluntatum suarum di-  
sideria inultā iniquitate consumant; atque eo tempo-

ralia flagella non sentiant, quō eterna eos supplicia

expetant.

Item prædestinatione, ut suprà vidimus, recte descrribitur: *Transmissio creature rationalis in cœlestem gloriam.* In qua descriptione Deus prædestinans sagittario comparari videtur, qui prædestinatos veluti rot sagittas in finem ultimum, quali scopum intentum, transmittit: tribulatio verò divinae charitatis arcus est, ex quo electi ejaculantur. Novit Deus (inquit Augustinus) *sagittare ad amorem.* Nemo pulchritus sagittat, nemo

*in Psal.*

certius: nam infallibiliter scopum ad quem colli-  
mat, attingit. Sagittat vero, cum temporalibus

*Thren. 3.*

penis electos flagellat. Tendit ait Jeremias, ar-

cum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam,

immisit in renibus meis filias pharetra sua, & sagittæ eius ebibunt cruentem meum. Hinc electi, filii excusorum, à Regio Vate appellantur: quia dum eos

Deus per flagella excutit, quasi sagittas in cœ-  
lum transmittit.

Præterea electi vocantur ab Apostolo ad Ephes.

1. In Christo signati: quia sicut moneta ut valo-

rem habeat, debet notari sigillo Principis, ita elec-

ti, ut ad regnum cœlestē admittantur, debent in

Christo ligillari, & imaginē crucifixi in se expri-

mere, iuxta illud Apostoli 2. Corint. 4. Mortifica-

tionem Iesu Christi in corporibus nostris circumferen-

tes.

13

## DISPUTATIO QUARTA

70

*tes, ut & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.* A  
Unde bellissime Tertullianus in Corpore cap. 6  
*Dilectio hominem martyrem Deo excudit.* Et in Apologetico irridens Gentiles, qui ligna & lapides  
sculpebant, & lecabant, ut idola conficerent, ex  
hoc infert, per tormenta, Sanctorum corpora  
Deo consecrari. *Super hoc, inquit, causatur aliqua di-  
vinitas: ergo qui puniuntur, consecrantur, & numina  
trunc dicenda supplicia.*

*Non est etiam omittendum id quod notat D. Bernardus super Cantica, scilicet quod Nemo  
potest transire a deliciis in delicias. Ex quo infert,  
quod si quis in hac vita in labore hominum non sunt, in  
laboro profecto damonum erunt. Quam etiam ratio-  
nem tangebat Abraham, dum dicebat diviti e-  
puloni: *Memento quod recipisti bona in via tua, &  
Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, in  
verò cruciari.* Luke 16.*

30. Secundum prædestinationis signum est li-  
benter audire verbum Dei, & delectari termi-  
nibus spiritualibus: juxta illud Christi Domini:  
*Qui ex Deo est, verba Dei audit, item:* *Beati qui audi-  
unt verbum Dei, & custodiunt illud.* Unde Bernardus:

*Serm. 1. in Se-  
ptuag.* *Magna mihi consolatio est, frares mei, in verbo illo Do-  
mini: Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propriètatem enim  
vos libenter auditis, qui ex Deo estis. Ceteritudinem  
utique non habemus, unde numero sinus electorum, sed  
specifiducia consolator nos, ne dubitatione hujus anxietate  
penitus cruciemur. Propter hos data iuri signa que-  
dam & induca manifesta salutem, ut indubitate sit eum  
de numero esse electorum, in quo ea signa permanescunt.  
Porro inter ea quæ fiduciam prestant & materiam spesi,  
unum illud maximum est, de quo nunc capimus iocum: qui  
ex Deo est, verba Dei audit. Item Chrysologus  
hæc verba Christi expedit: *Oves meæ vocem  
meam audiunt & sequuntur me. Oves bona (inquit)  
pastorū suis audiunt, attentis auribus vocem, pastorū suis  
semper sequuntur arbitrium, pastorū suum totam faciunt  
voluntatem: ascendunt colles, perunt ardua, mutante  
sapere regiones; & sic apta pascuū, irrigua fluenta um-  
brosa, accommodata, secreta quietis loca penetrant, reperi-  
unt amoenitates, & delicia perfundunt. Et vos filii  
quos uero Christus gregi adscripsit, Dominici gregi pars  
copiosa, niveo & divino vestimenta veltere, molli seta,  
cellestis germine percundā, sive nostra vocu audirent  
ad loca sapientia, ad salutaria pascua pervenirent:* quia ordinamus attendite, quæ dicimus audite.*

31. Tertium signum est inimicorum dilectio, ju-  
xta illud Matth. 5. *Dilegit inimicos vestros, ut sit filii  
Patri regnique in celo est.* At si filii, ergo heredes, ut  
arguit D. Paulus: Negari ergo non potest ecclie-  
stis gloriæ hæreditas Christiano, qui parcendo  
inimicis, Dei filius effici meruit. *Nunc scio quod  
terrisimè regnaturus sis in Israel, aiebat Saül ad Da-  
videm, post insigne clementia ipsius facinus,  
quando scilicet ipsi pepercit, cum facile potuisse  
illi necem inferte.* Regum 24. Idem dici potest de Christiano, injuriam condonante, & in-  
imicum diligente: *Nunc scio quod verè filius  
Dei es, & cum ipso regnaturus in celo.* Salomonis templi, quod ecclie habitationis typus fuit, singula portæ ex olivarum lignis erant  
constructæ, ut significaretur, quod misericordia, & inimicorum dilectio, cali portas aperit. Dilige-  
rite ergo inimicos vestros: *Nam dilectio sola (in-  
quit Augustinus) distinguit inter filios Dei & filios*

*Tract. 5. in epist. Ioann. Ad Sac-  
culum cap. 1.* *Diaboli. Vel utrait Tertullianus: Iubemur diligere  
inimicos, quoque & orare pro eis qui nos persequuntur,  
ut hec sit perfecta & propria bonitas nostra, non commu-  
nis: amicos enim diligere omnium est, inimicos autem  
solum Christianorum.*

*Quartum Prædestinationis signum est humili-  
tas: U. de Christus Luke 12. appellat præde-  
stinationes, pusillum gregem, non solum propriæ elec-  
torum paucitatem, sed etiam ob humilitatem  
devotionem: & quia, ut a venerabilis Beda,  
Ecclisiam suam, quantilibet numerositate jam dava-  
tam, tamen usque ad finem mundi humilitate vult cre-  
re, & ad promissum regnum humilitatem pervenire. Item  
D. Gregorius expponens illud quod dicitur de Le-  
viathan Job, 41. *Omne sublime videt, ipse est Rex populi* 12.  
*omnes filios superbis, subdit: Quia Redemptor noster  
corda regit humilium;* & Leviathan iste Rex dicitur sa-  
perborum, aperte cognoscimus quod evidenter sumum  
proborum signum superbis est: *ac contra humilitatem  
electorum.**

B. *Quintum prædestinationis indicium est de-  
votio singularis erga sanctissimam Virginem,  
qua est velut via lactea, qua electi pergunt ad  
Regis coelestis palacium, & mystica scala Jacob,  
per quam Deus descendit in terram, & homo  
ascendit in celum. Hec (Cinqui Doctor melius)  
fluvius peccatorum scala, has mea maxima fiducia, ha-  
tota ratio spes mea. Sicut ergo impossibile est (addit An-  
selmus) ut illi a quibus oculos sue inferiordi erint,  
salventur; ita necessarium est, ut bi ad quos conueni-  
culos suos pro eis advocans sufficiantur, & gloriantur.  
Unde meritò ei applicat Ecclesia illud Ecclie-  
stici 24. In electu meo mitte radices. Et illud Pro-  
verb. 8. *Qui me invenerit, inveniet vitam, & hanc  
salutem a Domino.* Plerique etiam Maria nomine  
stellam interpretantur, decimimero, Maria quippe (ait Damianus) *juxta sui nominis praefigum, san-  
cta portendit.* Maria bona est prædestinationis  
fortuna. Qui sub hac sancta feliciter nascitur &  
vivit, fortunatè vivet, & ipsa propria, quodan-  
dit, feliciter pervenit.*

C. *Sextum divina prædestinationis signum est  
futura gloriæ spes firma.* Illa enim non solum de  
præmio fecitos, sed præproperè beatos facit, &  
coelestem gloriam prælibate incipit. Hinc Philo  
Judæus spem vocat, *Gaudium ante gaudium, & po-  
festationis future incubationem.* Imo Chrysostomus in  
termone de spe ait: *Fides gloriam imbut, & su-  
sustinendo consummat.* Hæc religionis anchora, fi-  
dei fomes, virtutum vigor, difficultarum omni-  
um viætrix, baculus nostræ peregrinationis, &  
nostrorum laborum refrigerium & levamen.  
Hanc (inquit Augustinus) in terram scandam, pas-  
quam anchoram præmisimus, ne in isto mari turbul-  
tu naufragaremus. Quemadmodum enim de nari qua  
anchoris est, rectè dicimus quod jam in terra sit, luci ab  
hic stadi uet: *sic contra hujus peregrinationis nostrarum  
spes nostra fundata est in illa civitate terrena.*

D. *Alia taliter & prædestinationis signata est.* Bernardus serm. 1. & 2. in octava Patche, ubi  
expendens hac verba Joan. 5. *Tria sunt qua-  
sumonum dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis,* has  
exponit de signis nostræ prædestinationis & li-  
bulis: ita ut per spiritum intelligat exercitum  
operum spiritualium, per aquam, fontem la-  
crymarum, ad abluenta peccata; & per san-  
guinem, sanguinolentum penitentia martyrum,  
ad pravas affectiones petimendas. Videretur  
potest Vivaldus in opere regali, ubi de signis  
prædestinationis fulissime disserit.

## DIGRESSIO II.

De parvo numero electorum.

**C**ertum & exploratum est apud omnes, quod nisi aliquantum de omnibus omnino hominibus qui sunt in mundo, tam infidelibus quam Christianis, tam hereticis quam Catholicis, multo major est numerus reproborum, quam prædestinationum. Nam Christiani paucissimi, comparati infidelibus: ut Gentilibus, Turcis, Judæis, & Mahometanis, & inter ipsos Christianos plurimi heretici, & schismatici. Unde dicit Angelus ad Eliam, 4. Elisha cap. 8. (licet hic liber non sit canonicus.) Hoc seculum fecit Deus propter multis, futurum propter paucos. Et infra: Multi quietatis sunt, pauci autem salvabuntur.

Ratio etiam suffragatur: Primo quia prædestinationis amici Dei, & prædestinatio est specialis ac singularissima Dei amicitia: At una ex conditionibus ad amicitiam requisitis, est quod sicut paucos, ut docet Aristoteles lib. 8. Et hic, & ibi D. Thomas lect. 6. Ergo prædestinati, comparative ad reprobos, pauci sunt.

Secundo, Prædestinati sunt veluti Reges & Principes, reprobi vero ut iporum famuli & servi, unde Proverb. 11. dicitur: Qui statim se servat, & Malach. 1. Major serviet minori, quod dictum est de Esäü tipo reproborum, in ordine ad Jacob, qui exemplar est prædestinator: Sed quilibet Rex multos debet habere seruos, & semper sunt plures servi & famuli, quam Principes & Domini: Ergo & plures reprobi quam electi.

Tertio, Omne pretiosum soleret esse rarum, & non valgare, ut constat in auro, gemmis, unionibus, & lapidibus pretiosis: unde Seneca epist. 42. Meliora & in urbem nascientia sapientia produxit, triplex & opifex aritatem commendat: Sed prædestinationis Scriptura lapidibus pretiosis comparantur, reprobi vero stercori & luto: Ergo prædestinati pauci sunt, comparative ad reprobos. Hoc premillio,

Recta difficultas & controversia inter Theologos ex Christianis, qui vix étales sunt, & quin fide Christi, & S. Romanæ Ecclesiæ obediens, extra quam non est salus, vivunt, & monomat, plures sint prædestinati, quam reprobi? Partem affirmativam tenent Sylvester in Rofiana Tract. 2. super Evang. Dominicæ in Septuaginta, Suarez de prædest. lib. 6. cap. 3, Grado 11. & 12. disp. 4. Ruiz disp. 54. qui plures ex Catholicis salvati putant, & inter hos Ruizius, devoto texui favens, assertit plures fœminas esse prædestinatas, quam viros.

Sententia ramen negativa communior est inter Theologos, ut fatetur Suarez loco citato non, eamque docent Cajetanus super cap. 23. Marthae, Vazquez & Molina super art. 7. hujus quest. Alvarez de auxiliis disp. 43. Philippus à S. Trinitate hic disp. 17. dub. 4. & ex Scriptura interpellans, Nicolaus de Lyra, & Maldonatus citata Vazquez, & Cornelius à lapide in cap. 24. Numerum.

Verum quis hominum scire potest consilium Dei, aut quis consiliarius ejus fuit? ut ait Apostolus: præterum in hoc occulissimo & obscurissimo mysterio, quod meritò sacratissimum & secretissimum fidei ænigma appellari potest? Meius certe esset hac in parte judicium suspendere,

A & nihil in particulari circa electorum numerum definite, sed potius per electorum semitas sollicitum esse ambulare, ac sobriam S. Thomæ sententiam lequi, qui hic art. 7. cum Ecclesia tentans, inquit: Melius dicitur quod soli Deo cognitus est numerus electorum, in superna felicitate locandus.

Quia tamen sapientibus & insipientibus debitores sumus, & aliunde hujus questionis resolutionis utilis esse potest ad excitandum in nobis Dei timorem, qui est initium sapientie, ac fundamentum salutis, & ut loquitur D. Ambrosius, Clavis animæ studiavit: placet breviter hic ostendere sententiam quae assertit, ex Christianis & fidelibus multo plures esse reprobos, quam electos, Scripturæ, SS. Patribus, & historiæ Ecclesiasticae magis esse consonam, quam aliam, quæ numerum electorum docet excedere multitudinem reprobatorum.

In primis ergo formidabilis est hæc Christi sententia, quam non temet, sed pluries in Evangelio expedit, & saepius inculcare voluit, Multi sunt sancti, pauci vero electi. quam sententiam plures ex SS. Patribus, & Scripturæ Interpretibus, ad ipsos etiam fideles & Christianos extendunt: ut Augustinus contra Cretconium lib. 3. cap. 76. Chrysostomus homil. 24. in Acta Apost. Gregorius homil. 19. in Evangel. Lyranus, & Carthulianus, aliquique Scripturæ Interpretres.

C Item Christus Lucæ 13. cvidam interroganti: Domine si pauci sunt qui salvantur? Respondit: Contendite intrare per angustum portam, multi dico vobis quarent intrare, & non poterunt. Quibus verbis confirmavit Dominus quod audivit, (inquit Augustinus serm. 32. de verbis Domini) paucos siclicet esse qui salvantur, voluitque hoc responso legitimi ac desidiam nostram excitare & increpare: dum ex una parte videntes majorem partem fidelium, non admodum asperam vitam ducere, & ex alia existimantes majorem partem illorum salvati, aliqualem fiduciam concipiunt, quod licet negligenter sint, nec admodum in nos severi, & etiæ aliquando contentiamus, delestationibus facili frui, adhuc salvabitur, & penitentia locus dabitur. Dominus autem radices has præscindere cupiens, & omnem à nobis discordiam & negligentiam excutere, oculos nostros ad difficultatem adipiscendæ salutis erexit: Contendite, inquit, intrare per angustum portam. Quasi dicat, nolite foliarum querere pro vestra incuria & desidia, cogitando quod plures salvantur, etiam mediocri curâ & studio, sed alacres estote, & valde tollit ad contendendum intrare per angustum portam, Quia multi quarent intrare & non poterunt. Id est, quia etiam ex his qui non omnino torpescunt, & jacent in suis vitiis, sed etiam aliqualiter de sua salute tollit, & quarent intrare in celum, nos poterunt.

D Præterea Isaia 17. et 24 numerus electorum comparatur paucissimis spicis, quæ à meslinibus reliquuntur in agro, et rariissimis olivarum bacis, quæ excusâ oleâ remanent in ramorum cacumine, vel paniculâ granis, quæ remanent in vinea, finita vindemia. Erunt (inquit Propheta) sicut congregans in mense quod restiterit, & brachium ejus spicis as leget, & erit sicut querens spicas in valle Raphaim, & relinquens in eis sicut racemos, & sicut excusio olea diuarum vel trium olivarum in summitate rami. Et cap. 24. Quomodo si paucæ olive qua remanserunt, excutiantur ex olea, racemi cum finita fuerit vindemia. Quæ verba expendens Hieronymus ibidem ait: Tanta erit

## DISPUTATIO QUARTA

72  
 erit Sanctorum paucitas, de quibus Dominus loquitur in Evangelio, multi vocati & pauci electi, ut eorum paucitas bacca olivarum rarissima comparetur, qua cum excusse fuerint atque demissae, vix paucia remaneant in ramorum cacumine? & quomodo cum fuerit finita vindemia, solent pauperes, egestate cogente, vacuas circuire vites, & pauca uarum grana colligere. Unde etiam ab Apostolo electi, Reliqua appellantur, quia pauci: ad Rom. 9. Si fuerit numerus filiorum Israhel sicut arena maris, reliqua salva sunt. Et cap. 11. Reliqua per electionem gratis, salva facta sunt. Ex quibus omnibus testimonio huc queritur, numerum prædestinatorum esse valde exiguum, comparativè ad multitudinem reprobatorum.

41. Quod potest confirmari ex eodem Apostolo ad Ephes. 1. ubi loquens de electis inquit: Qui dognos fecit in partem sorti Sanctorum. Ecce ad Ephes. 1. Sorte vocati es tu. Ubi electos dicit esse sorte vocatos, ut eorum paucitatem designet. Nam sicut lortes, cum inter plura hominum millia mittantur, paucissim stramen contingunt, & interdum insipientibus & pauperibus, relictis sapientibus & deditibus: ita paucissimi, inter multa hominum millia, lors prædestinationis contingit, & saepe eliguntur pauperes, insipientes, rustici, & ignobiles: relicti deditibus, sapientibus, nobilibus, & Regibus ac Principibus. Unde idem Apostolus 1. ad Corinth. 1. Vide etationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem non multi potentes, non multi nobiles, sed que stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, & insirma mundi elegit Deus, ut confundat fortes; & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus. Et cetero.

42. Eadem veritas illustrari potest, & salvandorum paucitas amplius demonstrari ex variis figuris, quibus Deus eam in Scripturis declarare voluit. Nam quis diluvij omnes, excepto Noë, & familiā ejus, perierunt; & ut dicitur 1. Petri 3. Pauci, id est octo anima, salva facta sunt per aquas. Omnes habitantes Sodomam, & finitimas regiones, excepto Lot, & filiabus ejus, flammis ultricibus consumpti sunt, Genet. 19. Ex sexcentis millibus pugnatorum qui egressi sunt de Ægypto, nullus præter Josue & Caleb, in terram promissam, qua fuit regni cœlestis typus & figura, ingressus est, Numer. 14. In devestatione Jericho sola Rahab cum suis servata est, Josue 6. Denique, ut notat Augustinus Tract. 122. in Joann. & aliis SS. Patres duplex nobis à Joanne Evangelista Apostolorum pīscatio, ipsius Christi iussu facta, proponit Prima initio sua prædications: secunda post illius resurrectionem. Prima bonos & malos significat, quos nunc habet Ecclesia. Secunda tantummodo bonos, quos habebit in æternum, completa in fine mundi resurrectione mortuorum. In prima capta est multitudo pīscium tanta, ut & rete scinderebatur, & impleta duo navigia mergerentur. In secunda vero, quæ ad dextram navigij (per quam beatitudine designatur) facta est, pauci pīscis capti sunt: scilicet centum quinquaginta tres, ut hac paucitate pīscium, paucitas electorum designaretur.

43. Accedunt etiam testimonia SS. Partum. Nam Chrysostomus homil. 40. ad populum ait: Quot effepitatu in civitate nostra qui salvi sunt. In seculum quidem est quod cūcturus sum, dicam tamen: Non possunt in tot millibus centum inveniri: quin & de his dubito: quanta enim in juvenibus quæso malitia, quantus in senibus torpor, &c. Quæ verba, licet videan-

A tur per hyperbole dicta, certissimum tamen existimat Chrysostomus, plures damnari quam salvati. Augustinus 1.b. 3. contra Cresconium Grammaticum cap. 66, dicit quod Boni re ipsi Christiani qui per seipso multi sunt, in comparatione malorum pauci sunt: sicut multa grana quibus bona magna complentur, pauca dicimus in comparatione per levarum. Et alibi ad id probandum adducit lucum illum Genesis 22. Sicut stellæ cali, & stellæ na maris, sic erit sententium. Ubi per stellas cali electos intelligit, & per arenam maris, reprobos. Unde ex Augustino, in quo numero arenam maris excedunt stellæ cali, in eodem, numerus reproborum excedit numerum electorum.

B Item plures Scripturæ Interpretes, expeditentes verba illa Sponsi Cantic. 2. Sicut ilium inter spinas, sic amica mea inter filias, docent quod si spinæ littoralium quantitatē excedunt, sic prædestinatorum numerus, à reprobis longè superatur. Et notandum quod Scriptura non dicit, sic amica mea inter extraneas, sed inter filias: ut per hoc designetur, numerum reproborum excedere numerum prædestinatorum, non solum per comparationem ad Gentiles & infideles, qui sunt extra Ecclesiam, sed etiam comparatione facti inter ipsos fideles & Christianos, qui sunt Ecclesiæ filii. Unde D. Gregorius homil. 19. h. Evang. Ad fidem plures veniunt, sed ad cali regna pauciperducuntur.

C Quod potest etiam ex historia Ecclesiastice confirmari. Nam Baronius ad annum Christi 976. num. 3. tomo 10. narrat Beatum Nilum Abbatem, inter spiritualia colloquia, dixisse aliquid, Quod ex decem millibus, vix reperiuntur, nina hu temporibus, quæ ad manum sanctorum angelorum perveniat. Quo auditu caputur omnes qui uno ore dicere: Absit, hoc non est verum, hereticus est qui hoc dicit, &c. Quibus Beatus Nilus respondit, & dixit: Sive rō demonstraverit, Magnum Basilium, & Chrysostomum, Ephremitum, & Theodorum Studitum, sed & apostolū ipsum, nec non sanctū Evangelium, eadem sententia dicens, quid patiemini vos, qui in consolite apientes in loquimini, & Spiritui Sancto aduersamini, & sanctūrum Patrum metuenda verba hereticū tribuitis: Hoc Baronius loco citato.

D In ejusdem veritatis confirmationem, refer Cornelius à lapide, in caput 14. Numerus formidabilem historiam, quam hic de verbo ad verbū transcribam. Cum (inquit) D. Bernardus Abbas Clarevallensis, ab hac vita migrasset, quod contigit anno Domini 1153, horrenda virtus Lingonensis Episcopo facta est. Apparet namque Eremita quidam mortuus, quem viventem olim noverat, qui divino timore compunctus, ante aliquot annos, cum esset Decanus, dives, & nominatus, omnia contempsit, eremitorum pro Christi amore intravit. Quem cum de statu suo, & divini judicis districione interrogasset, ille respondit: Eā horā in qua regis corpore migravi, triginta hominum millia ab hac luce transi: e quibus Bernardus, Clarevallensis abbas, quie adhuc horā obiit, una mecum ad celos erolavit; du alii ad purgatorium missi sunt: ceteri omnes, per tentiam summī judicis condamnati, ad infernum periculū cruciandi descendunt. Intelligite hæc quod obli viscimini Deum, Psalm. 49.

E Dices primum, In Scriptura multiū electorum vocatur innumerabilis: Apocal. 7. Visitationem magnam quam innumerare nemo poterat, et ergo

omnibus gentibus, tribibus, populi, linguis, stantes ante Thronum: Ergo ex Scriptura major saltem pars fidelium salvatur.

Sed negatur Consequentia: Nam ut notat Augustinus locis suprà allegatis, licet prædestinati absolvit loquendo, & nulla facta comparatio ne fin multi; respectu tamen multitudinis reproborum paucissimi sunt. Sicut licet multitudo stellarum sit maxima, & ferè innumerabilis, exigua camen est, si comparetur cum arenis quæ sunt in littore maris. Unde ibidem annotavit S. Thomas, quod cùm dicitur: *Ex omni tribu, lingua, populo, natione, illa dictio ex dilectione quendam et segregationem paucorum ex multis denotat, et paucitatem electorum designat.*

Dices secundum, Non est minor Dei providentia circa homines, quam circa res alias naturales. Sed ex aliis rebus naturalibus plures consequuntur finem, quam ab illo deficiant, ut ex se patet: Ergo etiam ex hominibus plures consequuntur finem vita æternæ, quam ab illo deficiunt, ac proinde plures sunt prædestinati quam reprobati.

Respondeo cum D. Thoma hic art. 7. ad 3, negando Consequentiam, & paritatem: Nam bonum, inquit, proportionatum communis statui nature, accedit ut in pluribus, & deficit ab hoc bono ut in paucioribus: Sed bonum quod excedit communem statum nature, inventur ut in paucioribus, & deficit in pluribus.... Cùm igitur beatitudine æterna, in visione Dei æstens, excedat communem statum nature, & præcisus secundum quod est gratia definita, per correspondem originalis peccati, pauciores sunt qui salvantur.

## DISPUTATIO V.

## De Reprobatione.

Hortatus Propheta Regius fideles inter medios clerros, sive ut habet alia versio, inter medias sortes, recumbere. Quod propterea dicum putat Bernardus: *Quoniam est hinc in timorem & securitatem, tanquam inter terram & desertam, media videlicet spes, in qua mens & conscientia, molli nimis supposito charitatis fratre, suavisime requiescit. Quatenus scilicet spes timore repressa, & Dei protectione erecta, per infernum, celestiumque considerationem, in salutari medio constituitur. Hoc enim modo (inquit Bernardus) sepe cellarum incolebam ascendunt, & in infernum descendunt. Sicut enim assidue contemplando revire amant gaudia celestia, ut ardentes ea appetant; sic & dolores inferni, ut horreant, & refugiant. Ethoc est quod pro temporum salute deprecabatur Regius Yates, dicens: Defundant in infernum viventes, videlicet ne huc descendant morientes. Postquam ergo per considerationem mysterii prædestinationis, in cœlestem pariam, spes futura gloria, ascendimus, & celorum excelsa penetravimus; oportet, ut mem & consideratione reprobationis æternæ, in profundum inferni descendamus, & miseram reprobatorum sortem contemplemur. Agemus ergo primo in hac disputatione de existentia & efficiencia reprobationis. Secundo de ejus causa motiva. Tertiò de illius effectibus. Et ultimò, an Deus omnibus reprobis, tam parvulis, quam adultis, media ad salutem sufficientia conferat,*

Tom. II.

## ARTICULUS PRIMUS.

*An, & quid sit reprobatio?*

S. I.

Vtrique difficultas resolvitur.

**D**ico primò: Dari in Deo reprobationem, seu decretum aliquod efficax, & immutabile, quo ab æterno aliquos homines & Angelos volunt à gloria excludere. Ita definitur in Concilio 3. Valentino can. 3. his verbis: *Fidenter fatemur prædestinationem electorum ad vitam, & prædestinationem impiorum ad mortem. Item in Scriptura saepe fitmentio expressa reprobationis, præsertim in cap. 9. Epistola ad Romanos: aliquando verò sub parabolis & figuris, ut Matth. i. ubi regnum caelorum simile dicitur sagena misse in mare, & ex omni genere piscium congreganti, quam cum impleta, efficit edentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vase, malos autem foras miserunt. Quæ verba expendens Chrysologus serm. 47. sic ait: Similitudo haec prudet, cur in apostolatum pescatores elegerit Christus, & captores piscium fecerit hominum pescatores, ut divini iudicij typus arte pescatoria manifestaretur. Piscis congregat captura confusos, sed in vase discreto dat electos: si vocatio Christiana justos & in justos, malos, bonosque congregat, sed bonos malosque electio divina discernit.*

Præterea, in Sacris Paginis id dicitur reprobum, quod cùm habeat necessaria ut possit consequi finem, ab illo tamen deficit. Sic Apostolus ad Hebreos 5. vocat reprobam terram illam, quæ habens sufficientem humorem ad fructificandum, producit tamen spinas & tribulos, eo quod deficit à fine ad quem fuit creata à Deo, scilicet ut daret herbam virarentem, & facientem fructum suum, ut dicitur Genesis 1. Item quia cognitio veritatis est finis intellectus, & voluntas ad bonum morale ordinatur: Gentiles à cognitione veritatis fidei deficientes, dicuntur ab eodem Apostolo ad Romanos 1. traditi in reprobum sensum. Et ad Titum cap. 1. homines male operantes, vocantur ad omne opus bonum reprobri: Sed multi sunt homines qui habent auxilia necessaria ut possint consequi suum finem, qui est vita æterna, quicunque ab illo deficiunt, ut constat experientia: Ergo multi sunt homines reprobati.

Denique eadem veritas triplici ratione D. Thomæ demonstrari potest. Primam sic proponit hic art. 3. *Prædestination est pars providentia: ad providentiam autem pertinet permittere aliquem descendunt in rebus que providentia subdantur: unde cùm per divinam providentiam homines in vitam eternam ordinantur, pertinet etiam ad divinam providentiam, ut permittat aliquos ab isto fine desicere, & hoc dicitur reprobare.*

Secunda habetur super cap. 9. Epistola ad Romanos. lect. 4. ubi S. Doctor sic discurrit: *Considerandum est quid finis omnium divinorum operum est manifestatio divinae bonitatis: Proverb. 16. Omnia propter semetipsum operatus est Dominus. impium quoque ad diem malum. Tanta est autem divina bonitatis excellentia, quod non potest uno modo, nec in una creatura sufficienter manifestari, & ideo diversa creaturas condidit, in quibus diversimode manifestatur, principiæ autem in creaturis rationalibus, in quibus eius justitia manifestatur, quantum ad eos quos pro eorum*

K